. Noum sit universis. Quod nos Oria Exemeni dei gracia domus Xixene Priorissa. Cum voluntate et assensu tocius conventus eiusdem monasterii. Cum presenti instrumento nostro
firmit et perpetuo valituro. Donamus. laudamus. et concedimus ad tributum vobis domno Bartholomeo de Sier. clerico et civi Osce. et vestris successoribus universis. Quasdam domos
in Civitate Oscensi Cum suo orto eiusdem contiguo. Que fuerunt Marie de Narbona. Predicte vero domus et ortus. affrontant in prima parte. in cassis de vobis predicto. B. de Sier.
Secunda parte. in cassis que fuerunt Dominici Ferrarii. Tercia parte. in calligo de Sancte Cristine. Quarta parte. in cassis. et in orto domus Xixene. Quinta vero parte. in via publica. Et sicut
ab istis affrontacionibus undique includuntur. sic damus eas vobis et vestris ad vestram vestrorumque propriam hereditatem. et possessionem perpetuo et pacifice possidendam. Ad faciendum etiam in eis et ex eis vestras
proprias voluntates. Tali tamen adiecta condicione. quod pro dictis domibus et orto. vos et vestri donetis nobis et monasterio de Xixena. et eiusdem conventui presenti scilicet et futuro. Quindecim sol.
monete iacc. bone et firme. quos in prefata donacione censuales retinemus nobis et dicto monasterio singulis annis. in mense Januarii. pacifice persolvendos. Confitemur etiam nos recepisse a vobis
. B. de Sier. pro introitu istius donacionis. ad utilitatem monasterii. Centum sol. iacc. denariorum. Donamus autem vobis plenam licenciam et potestatem. Quod claudatis vel claudi faciatis.
libere et sine omni obstaculo. omnes fenestras illas. et sagitas. et omnia foramina que sunt inter alias domus nostras et vestras. Preterea Ego prefatus. B. de Sier. Recipio a vobis sup.
dicta Priorissa. et conventu monasterii de Xixena. prefatam donacionem quam mihi concedistis sub convenienciis supradictis. Bene et integre fideliter servaturis. Et autem presens carta firma per.
maneat. et nullo modo violari possit. Nos predicta priorissa eam sigilli nostri et aliorum signorum testimonio in perpetuam memoriam facimus confirmari. Huius rei testes sunt in quorum presentia
fuit factum. domnus Petrus Sora. et domnus Stephanus del Salm. et domnus Raymundus Fer. et domnus Petrus Bonanat mueri. et Sancius Pasqual civis Osce. Quod est actum in monasterio
de Xixena. Decimo kl. Augusti. Sub. E. M. CC. . L XX . . . . Nona . . . Sig + + + ✠ ✠ + num Orie dei gracia priorisse de Xixena. Sig + num
Sancie Exemeni. sub priorisse. Sig + num. Alays Sacriste. Sig + num Marie Cataricis. Sig + num Marie Petri
clavigere. Sig + num Aduarde Sororisse. Sig + num fratris P. Sancii. Prioris. Sig + num fratris Garsie Comendatoris. Sig + num
fratris Arnaldi sub comendatoris. et clavigi.

Ego Garsias de Seres Osce. Not. mandato omnium predictorum hanc cartam scripsi. et literas divisi. et de mea manu propria hoc Sig ✠ num feci. . .

GOBIERNO DE ARAGON

Narbona de
[illegible]
Una vendición que hizo el
Convento de [illegible] de
[illegible] y [illegible] con
treudo de quinze sueldos
las [illegible] de D.ª María
Narbona, 41 — 23

t 52

F. 9 1220

[illegible]

Papeles de D.ª María
Narbona.

1241

N.º 61

1241-7-23

8/18